

— — Huius autem concambii forma et exequio facta est sollempniter in curia Babenberg celebrata in nostra presentia et principum nostrorum, accedente quoque conventia tunc presentis venerabilis Heinrici Wirzeburgensis episcopi. Datum est etiam idem predium legitimo et assueto ordine per manus summi advocati Nuwenburgensis 5 ecclesie Tetonis nomine in manus fidei commissariorum Cellensis ecclesie videlicet Marquardus de Grumbach et filiorum suorum Adelberti et Ottonis Billung vicedomini in Wirzeburg, Heinrici sculteti, Godefridi, Godeboldi, qui versa vice prescripta bona in manus ipsius tradiderunt. Hec ita rationabiliter peracta confirmamus indicta hinc inde nostrę auctoritatis pace assensum dantibus principibus et universis astantibus. Ut autem 10 omnia hec, que coram nobis in Babenberg ordinata sunt, secundum supra scriptum tenorem, cum postmodum essemus in Wirzeburg, presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus communiri. Testes, qui aderant, hii sunt. Regenoldus Coloniensis archiepiscopus. Cönradus archiepiscopus de Salzburg. Hermannus Constanciensis episcopus. Eberhardus Babenbergensis episcopus. Reinhardus prepositus postea episcopus. 15 Adelbertus custos. Iohannes scolasticus. Adelbertus et Buso capellani. Adelbertus marchio et duo filii eius Hermannus et Adelbertus. Ludowicus provincialis comes. Otto marchio de Witingen et fratres eius Theto, Tythericus, Fridericus. Otto comes palatinus. Rabodo comes de Amberc. Billungus vicedominus. Hartmud de Bissoffeswinede. H[einr]icus^a) scultetus. Billungus scultetus. Liutholdus de Gundersleibe. Walterus de 20 Stolberg. Adelbertus de Thungede. Rugger[us]^b).

:Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.:

Ego Godefridus cancellarius vice Christiani Mogontini archiepiscopi (M.) (SJFR.) et archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^c LX^x ii,
25 regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo,
anno regni eius vicesimo i, imperii vero xviii, indictione v;
datum apud Wirzeburg viii. id. decemb.; feliciter amen.

390.

Markgraf Dietrich überlässt auf Veranlassung des Erzbischofs Wichmann von Magdeburg und seiner 30 Brüder, der Grafen Dedo und Friedrich, dem Kloster zu Halle eine Mühle und eine Insel. [1172.]

Hdschr.: Cop. 398 fol. 91 (Saec. XV.). Staatsarchiv Magdeburg.

Gedr.: Ludewig, Rel. manuscr. 5,245.

Anm.: v. Dreyhaupt, Beschr. des Saalkreises 1,706 giebt ein Verzeichniß von Dokumenten des Klosters zum Neuen 35 Werk, die bei der ersten Kirchen- und Klostervisitation unter Erzbischof Sigismund aufgezeichnet worden. Bei unserer Urkunde steht dort das Jahr 1172.

Theodericus dei gratia Orientalis marchio. Notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter domus, molendinum et insula cuiusdam Gilberti in ius dicionis mee transierit. Cum idem Gilbertus argento indigeret, pro sedecim marcis hec, que predicta sunt, michi

389. a) Loch. b) Von Testes qui bis Ruggerus dunklere Tinte.